

Première supérieure Ulm. Latin – préparation estivale.

TRONC COMMUN

1. Les quatre versions suivantes sont obligatoires et à faire dans l'ordre, si possible en les espaçant de 15 jours.

Version 1 (137 mots)

Cicéron ne sait où s'exiler

Brundisium veni a. d. xiiii Kal. Maias¹. Eo die pueri tui mihi a te litteras reddiderunt, et alii pueri post diem tertium eius diei alias litteras attulerunt. Quod me rogas et hortaris ut apud te in Epiro sim, voluntas tua mihi valde arata est et minime nova. Esset consilium mihi quidem optatum, si liceret ibi omne tempus consumere; odi
5 enim celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum, esset mihi ista solitudo, praesertim tam familiari in loco, non amara; sed itineris causa ut deverterer, primum est devium, deinde ab Autronio et ceteris quadridui, deinde sine te. Nam castellum munitum habitanti mihi prodesset, transeunti non est
10 necessarium. Quod si auderem, Athenas peterem. Sane ita cadebat ut vellem. Nunc et nostri hostes ibi sunt et te non habemus et veremur ne interpretentur illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse.

Cicéron, *Correspondance*, III

¹ Le 14 des calendes de mai

Version 2 (87 mots)

Quand le père des dieux provoquait le déluge et changeait la face de la terre...

Iam satis terris nivos atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arcis
terrui urbem,

5 terrui gentis, grave ne rediret
saeculum Pyrrhae nova monstra questae,
omne cum Proteus pecus egit altos
visere montis,

piscium et summa genus haesit ulmo,
10 nota quae sedes fuerat columbis,
et superiecto pavidae natarunt
aequore dammae.

Vidimus flavum Tiberim retortis
litore Etrusco violenter undis
15 ire deiectum monumenta regis
templaque Vestae,

Iliae dum se nimium querenti
iactat ultorem, vagus et sinistra
labitur ripa Iove non probante u-
20 xorius amnis.

Horace, *Odes*, I, 2, 1-20

Version 3 (148 mots)

Faut-il croire aux fantômes ?

Igitur perquam velim scire, esse phantasmata et habere propriam figuram numenque aliquod putes an inania et vana ex metu nostro imaginem accipere. Ego ut esse credam in primis eo ducor, quod audio accidisse Curtio Rufo. Tenuis adhuc et obscurus, obtinenti Africam comes haeserat². Inclinato die spatiabatur in porticu; offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque. Perterrito Africam se futurorum praenuntiam dixit: iturum enim Romam honoresque gesturum, atque
5 etiam cum summo imperio in eandem provinciam reversurum, ibique moriturum. Facta sunt omnia. Praeterea accedenti Carthaginem egredientique nave eadem figura in litore occurrisse narratur. Ipse certe implicitus morbo, futura praeteritis, adversa secundis auguratus, spem salutis nullo suorum desperante proiecit.

Iam illud nonne et magis terribile et non minus mirum est quod exponam ut accepi?

Erat Athenis spatiosa et capax domus sed infamis et pestilens. Per silentium noctis
10 sonus ferri, et si attenderes acrius, strepitus vinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur (...).

Pline le Jeune, *Lettres*, VII, 27

² Curtius Rufus faisait partie de la suite du gouverneur de l'Afrique.

Version 4 (174 mots)

Après une violente tempête, Enée et ses compagnons rescapés gagnent les côtes libyennes.

- Defessi Aeneadae, quae proxima litora, cursu
contendunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus: insula portum
160 efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
in caelum scopuli, quorum sub vertice late
aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis
165 desuper horrentique atrum nemus imminet umbra.
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum,
intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
nympharum domus : hic fessas non vincula navis
ulla tenent, unco non alligat ancora morsu.
170 Huc septem Aeneas collectis navibus omni
ex numero subit ; ac magno telluris amore
egressi optata potiuntur Troes harena,
et sale tabentis artus in litore ponunt.
Ac primum silici scintillam excudit Achates,
175 succepitque ignem foliis, atque arida circum
nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
Tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma³
expediunt fessi rerum, frugesque receptas
et torrere parant flammis et frangere saxo.
180 Aeneas scopulum interea conscendit, et omnem
prospectum late pelago petit, Anthea si quem
iactatum vento videat Phrygiasque biremis,
aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici⁴.

Virgile, *Enéide*, I, 157-183

³ Il s'agit des ustensiles pour faire le pain.

⁴ Anthée, Capys et Caïcus sont des compagnons d'Enée.

2. Lectures obligatoires, en traduction :

- Apulée, *Les Métamorphoses*. Livres I à III ;
- Ovide, *Tristes* ;
- Plaute, *Poenulus* ;
- Tacite, *La Germanie*.

Spécialité LETTRES CLASSIQUES

Les étudiants qui souhaitent présenter l'ENS de Lyon profiteront de l'été pour acquérir, lire et traduire progressivement les œuvres suivantes :

- a) Virgile, *Énéide*, livre VI, texte établi par Jacques Perret et traduit par Paul Veyne, Les Belles Lettres, « Classiques en poche », EAN13 : 9782251802282
- b) Tacite, *Vie d'Agricola*, dans Tacite, *Vie d'Agricola - La Germanie*, texte établi et traduit par Jacques Perret, introduction d'Anne-Marie Ozanam, Les Belles Lettres, « Classiques en poche », EAN13 : 9782251799148